SYNTHESES

Pharmaco-pæseos Utriusque E Codice medicamentario depromptæ Celeberrimo Parisiensium pharmaciæ Magistrorum ordini Exponendæ; Deo Duce, Et moderatore jacobo Michaele Santerre Pharmacopæo parisiensi.

E Galenicis.

Syrupus anti-Scorbuticus.

℞. foliorum Virentium cochleariæ
Beccabungæ
nasturtii aquatici
Radicis Raphani Rusticani
arantiorum amarorum } āā .... libram Unam.
cinnamomi .... Drachmas quatuor.
herbas contusas, Radices, arantia, cinnamomum frustulatim Secta, mitte in cucurbitam Vitream Et Statim affunde
Vini albi generosi .... libras quatuor
Capitello protinus adaptato et Rite obserato, macerentur omnia per biduum, tum, Balneo maris et leni calore distilla, donec libra Una liquoris Spirituosi Et Volatilis Sit Elicita, Ex hoc liquore cum Sacchari duplo fiat Syrupus eodem caloris gradu in Vase clauso Vitreo, Vel faventino.
Liquorem in cucurbitâ superstitem cum forti Expressione Cola, hunc finito Residere Et decantatum cum Sacchari albi libris duabus coque in Syrupum priori admiscendum, cum tepidus Evaserit.

catholicum duplicatum Rheo.

℞. Radicis Polypodii querni contusæ .... Semi libram.
cichoreï .... Uncias Duas.
glycyrrhizæ .... Unciam Unam.
foliorum agrimoniæ
Scolopendrii } āā .. Uncias tres.
Coquantur igne moderato in aquæ .... libris Sex.
ad quatuor Sub finem ab igne Retrahendo, adde
Seminis fœniculi .... Unciam Unam Et Semis.
infundatur per quadrantem horæ; tum Cola et Exprime colatura cum
Sacchari optimi .... libris quatuor.
Coquatur ad Electuarii mollis consistentiam, ab igne Remotis admisce,
Pulpæ Cassiæ
tamarindorum } āā ... Uncias quatuor.
deinde Sensim adjice pulverem paratum Ex Rhei Electi
foliorum Sennæ mundatorum } āā .. Unciis quatuor.
glycyrrhizæ Rasæ .... Unciâ unâ.
Seminum Violarum .... Unciis duabus.
Seminum quatuor frigidorum mundatorum .... āā .... Drachmis tribus.
fiat Electuarium Secundum artem.

extractum opii seu laudanum.

℞. opii Electi frustulatim Secti .... quantum vis.
Vini albi .... quantum sufficit.
ad Solvendum opium in pultis consistentiam, fiat Solutio Balnei maris Calore, Solutionem fortiter Exprime per linteum densum, colatura Vaporet Balneo maris ad Extracti Solidi consistentiam.

ceratum Refrigerans galeni.

℞. olei Rosati .... libram Unam.
ceræ albæ .... Uncias quatuor.
Vase fictili Vitrato Excepta, igne moderato liquentur, pistillo ligneo agitentur, aquâ frigidissimâ Sæpius Renovatâ laventur Et fiat unguentum.

Emplastrum de Cerusa, Seu album coctum.

℞. Plumbi albi preparati .... libras tres.
olei Rosati .... libras Sex.
aquæ fontanæ .... quantum Satis.
oleum, plumbum album et aqua bulliant Simul in Vase idoneo, Sub finem adde ceram, ut liquescat. fiat Emplastrum.

Pillulæ Cocciæ.

℞. Pulveris hieræ picræ .... Unciam Unam et Semis.
trochiscorum alhandal .... Drachmas tres et Scrupulum Unum.
Diacrydii .... Drachmas Duas.
turpethi
Stœchados } āā .... Drachmas Quinque.
cum Syrupo de Rhamno Cathartico fiat massa.

E. Chemicis.

Spiritus, Sal volatile Et oleum Succini.

℞. Succini flavi contriti .... quantum Volueris.
inde Retortæ terreæ aut Vitreæ Loricatæ capaci, orificiique amplioris, adapta Receptaculum amplissimum, distilla igne primùm leni, et phlegma Stillabit, auge Sensim ignem, Spiritus Sal volatile et oleum prodibunt, Sal parietibus Receptaculi concretum adhærens Exime, Si Velis, vel Receptaculum agita, ut concretum Sal (additâ, si lubet, aqua Calidâ) Colligatur Et dissolvatur. oleum a Spiritu per chartam bibulam, priùs aquâ madefactam, Separetur, Spiritum Sale imbutum in cellâ Repone, concrescent crystalli a liquore qui Spiritus nuncupatur Separandæ, oleum quod Rufescens est Vel nigricans, Rectificatur mixtum cum ossibus ad albedinem calcinatis et distillatur secundum artem.
Quod prodibit primùm, oleum Erit album, dein flavum, postremò Rubrum. Singula Dum prodeunt Excipe et Serva.
Nota, primum oleum diù Servabitur album, si cum aquâ iterum Balneo Maris, Retortâ Vitreâ distillatur.

Sal de duobus Sive arcanum duplicatum.

℞. Nitri
Vitrioli Martis } āā .... partes æquales.
Calcina igne aperto, usquedum materia colcotharis Colorem induerit, et nulli Vapores Exhalent, tum Solve in aquæ ferventis .... sufficienti quantitate
filtra, affunde guttas aliquot olei tartari per deliquium, ut si quæ Supersint partes metallicæ, precipitentur, iterum filtra et vaporet ad pelliculam ut crystalli albæ concrescant.

oleum Corticum Citreorum.

℞. Cortices citreorum .... quot volueris.
aquæ Communis .... quantitatem Sufficientem.
mitte in vase idoneo Cooperto, digere per aliquot dies, distilla igne nudo ex Vesicâ suo Refrigeratorio et Receptaculo instructâ, Refrigeratis Vasis, oleum ab aquâ Separa.

Cinnabaris factitia.

℞. florum Sulphuris .... Semi libram.
liquefiant in patella terreâ super Carbonibus tum adde
Mercurii Ex corio defluentis .... libras Duas,
agita perpetuo Spathâ ferreâ, donec ambo coëant Et mercurius penitus fiat inconspicuus massam hanc pulveratam in mortario Vitreo, Sublima in Vase idoneo, igne aperto, per gradus aucto, Sublimationem Semel et iterum Repete.

tinctura Castorei.

℞. Castorei Contriti .... quantum Volueris.
mitte in Vas Vitreum affunde Spiritus Vini Rectificati ad Eminentiam quatuor digitorum obturato Vase, digere igne arenæ per aliquot dies identidem agitando, donec Spiritus Vini Ritè Saturatus fuerit tincturam per aliquod tempus Suo cum Magmate Serva.

Balsamum fioravanti.

℞. terebinthinæ Venetæ .... libram Unam.
baccarum Recentium lauri .... Uncias quatuor.
gummi Elemi ..... tacamahacæ ... āā ..... Unciam unam.
Styracis liquidæ .... Uncias duas.
galbani ... thuris ..... myrrhæ
gummi hederæ ..... ligni aloës } āā .... Uncias tres.
Galangæ Minoris .... Caryophyllorum
cinnamomi .... nucis moschatæ
zedoariæ .... zinziberis
foliorum dictamni cretici
aloës Socotorinæ .... Succini Præparati } āā .. Unciam Unam
Spiritus Vini Rectificati .... libras Sex.
Digerantur omnia Simul per novem dies, tum additâ terebinthinâ, distillentur Balneo Cinerum, primò prodibit Balsamum Spirituosum, secundò Balsamum oleosum, tandem balsamum Nigrum.

1°. selectis ut artis Est, et publicè expositis materialibus Suprà Scriptis horum historiam naturalem, et omnia quæ ad
dein diebus Subsequentibus quatuor, ad operationes
perfectas Expertissimorum Magistrorum oculis Subjiciet Die Subsequenti Jovis Simon
Vulgò dictâ De L'arbalêtre

Die Sabbati Vigesimâ Secundâ mensis Januarii anni R. S. H. 1780. horâ
practicam pertinent Enarrare ac demonstrare tentabit
Exsequendas manum et industriam admovebit, denique Syntheses
morelot. Belnensis in Collegio Pharmaciæ. Viâ

Dedimus et Vidimus die Decimâ nonâ Mensis Januarii 1780
Becquerel Tassart Charlard

Pro Solemni Cooptatione.

Has preparationes E medicamentario Codice parisiensi desumptas vidimus et probavimus die decimâ nonâ mensis januarii 1780.
Leschor Delafeuterie Decanus   Philip prior pharmaciæ professor.

Mr Morelot